Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



VII

Contigit autem septem fratres
una cum matre apprehensos
compelli a rege edere com-
pas carnes porcinas: flagris et
taureis cruciatos. Unus autem ex
illis qui erat primus sic ait. Cui
quaeris et quid vis discere a nobis. Pa-
rati sumus mori magis quam patrios
dei leges praevaricari. Iratus itaque rex
iussit sartaginem et ollas aenea
succendi. quibus stati successis. iussit ei
qui prior fuerat locutus. amputa-
ri linguam: et cute capitis abstrac-
ta summas quoque manus et pedes ei
praecidi: ceteris eius filiis et matre
inspicientibus. Et cum iam prorsus in-
utilis factus esset. iussit ignem
admoveri: et adhuc spirantem
torreri in sarthagine. in qua cum
diu cruciaretur: ceteri una cum mre
invicem se hortabantur mori fortiter
dicentes. Dominus deus aspiciat veritatem. et consolabitur in nobis: quemadmo-
dum in praestatione cantici declara-
vit moyses: et in servis suis con-
solabitur. Adortuo itaque illo primo hoc
modo sequente deducebat ad illudendum
et cute capitis eius cum capillis abs-
tracta. interrogabat si maduerat
primum toto corpore an membra sin-
gula pruriret. At ille respondens
patria voce dixit. Nos faciam. quod
quidem et iste sequenti toto primi tormen-
ta suscepit: et in ultimo spiritu con-
stitutus sic ait. Tu quidem scelestissi-
me in praesenti vita nos perdis. sed
rex mundi defunctos nos pro suis
legibus aeterne vite resurrectione
suscitabit. Post hunc itaque illudi-
et linguam postulatus cito protulit
et manus constanter extendit: et cum
fiducia ait. E celo ista possideo. quia
propter dei leges nunc haec ipsa despi-
cio. quoniam ab ipso me ea recipere
spero. Sta ut rex et qui cum ipso
erat miraretur adolescentis animum
et tanquam nihil duceret cruciatus et
hoc itaque defuncto. Quartus vexabat
similiter torquentes. Et cum iam esset ad
mortem sic ait. Optimum est ab homi-
nibus mortem datos spem expectare a
deo. ut iterum ab ipso resuscitandos. Ti-
bi enim resurrectio ad vitam non erit
Et cum admonisset quartum vexabat
eum. At ille respiciens in eum dixit:
potestatem habes homo habes corpus
corruptibilis facis quod vis. Noli ar-
bitrare genus nostrum a deo esse de-
lictum. Tu autem praecipue iustime. et
videbis magnam potentiam ipsius
qualiter te et semen tuum torquebit
Post hunc ducebat quintum et similiter
mori imperavit sic ait. Noli frustra
errare. Nos enim propter nos metipsos
hoc patimur peccatis in deum
nostrum: et digna admiratione facta
sunt in nobis. Tu autem ne existimes
tibi impune futurum. quod contra
deum pugnare tentaveris Sum-
modum autem matrem mirabilem et bo-
norum memoria digna quae perem-
tis septem filios sub uno die spe
optimam bono animo ferebat ipse
spe qua in deum habebat: singulos
autem illorum hortabatur voce patria
fortiter exhortata sapienti: et femineae
cogitationis masculinum animum infe-
rens dixit ad eos. Nescio qualiter
in utero meo apparuistis: Neque ei
ego spiritum et animam donavi vobis
et vitam: et singulorum membra non
ego ipsa compegi Set enim mundi cre-
ator qui formavit homini nativi-
tatem quique omni invenit originem
et spiritum vobis iterum cum misericordia
reddet et vitam: sicut nunc vos met
ipsos despicatis propter leges eius
Antiochus autem contempsit se ar-
bitratus esse et exprobrantis
voce despecta cum adhuc adolescen-